

1606 *ribus cum Summis Pontificibus pertractasse; neminem an-*  
*thematis fulmen, ne in minores quidem Principes vel intor-*  
*sisse vel arripuisse. Tum Matthæjus, Christi tandem Vica-*  
*rio obtemperandum esse, inquit. Illico Princeps: Liben-*  
*ter obtemperaturum, si ea, quæ Christus juss erat, a Ponti-*  
*fice præciperentur. Hæc atque alia incalcentibus animis ja-*  
*cata.*

*Matthæjus  
Nætius Ve-  
netius disce-  
dit.*

*Sonatus  
Nanius a  
legatione  
revocat.*

*Augustini  
Valerii,  
Cardinalis,  
ebitus.*

*Venetorum  
subjecti opes  
suas Reipu-  
blica offe-  
runt.*

Verum postridie ejus diei Matthæjus, discessus venia a Se-  
 natu postulata, Romam est profectus. Eadem die per dispo-  
 sitos equos Natio injunctum, ut statim, Hieronymo Zonio,  
 qui negotia Reipublicæ obiret, privato Romæ relieto, in pa-  
 triam revertatur: nondum enim Senatui compertum erat, a  
 Pontifice Nanius oratorem dimissum. Ad Veronæ ac Vice-  
 tiæ Cardinales datæ literæ, quibus, ut patriæ res juarent,  
 Zonio pro rerum temporumque opportunitate faverent, pe-  
 tebatur. At Valerius ab exortis inter Paulum ac Rempubli-  
 cam dissidiis, incredibili mœrore animi affectus, levique fe-  
 bricula correptus, ingravescente jam ætate, per eos dies oc-  
 cubuit; vir sane doctrina vitæque sanctitate illustris, qui,  
 variis in lucem editis scriptis, suum immortalitati nomen  
 consecravit, atque eximum in patriam amorem nullo non  
 tempore clarissimis argumentis patefecit. Obtestatio typis ex-  
 cusa, conspicuis, insignioribusque urbis locis, in basilicarum  
 templorumque valvis affigi justa, perque omnes Venetorum  
 ditiones missa; Collegii Patribus, ut Romam perferendam  
 curarent, injunctum. Literæ ad subjectos omnes datæ, qui-  
 bus, quæ inter Pontificem ac Rempublicam acciderant, signi-  
 ficantur; ad eorum bona, vitam, existimationem tuenda re-  
 tinendaque eas contentiones susceptas; quidquid opum, quid-  
 quid auri, quidquid virium in Republica sit, ea omnia ad  
 illorum utilitatem decusque collaturam. Hæc a singulis vel  
 urbium, vel oppidorum magistratibus in publicis civium cœ-  
 tibus perlecta, mirum quam cunctorum animos inflammave-  
 rint, quantos illis stimulos in Venetum nomen caritatis ad-  
 diderint. Omnes certatim opes, fortunas offerre. Legati, qui  
 ab universo imperio Veneto principatum Donato gratulaturi  
 ad urbem accedebant, gratulationibus oblationes miscere;  
 vitam, fortunas Reipublicæ devovere. Neque minor in ec-  
 cle-